Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IV. An sufficiat sola præsentatio Confessariorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

probationis Epiſcopalis, ſentiat, per me licet, ùt lubet: dummodo probè conſideret, nihil in effectu per jurisdictionē eo modo collatam decedere Epiſcopis; nihil accedere Religioſis exemptis, cùm in omnibus hìc pro regula ſit voluntas Epiſcopi approbantis.

CAPUT IV.

An ſufficiat ſola præſentatio Confeſſariorum.

147. *Hiſtoria variationis privilegiorum usq; ad ſtatum præſentem, in quo non ſufficit ſola præſentatio.*

148. *Quod requiritur per modum formæ, non poteſt per æquipollens adimpleri.*

147. VAria Religioſis olim conceſſa fuerê privilegia in ordine ad audiendas ſæcularium confeſſiones: quorum primum circa A.C. 1260. videtur indultum fuiſſe ab Alexandro IV. Confirmatumque ab Urbano IV. & Clemente itidem IV. Alterum obtinuê-

re

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re Mendicantes à Boniſacio VII, *trav. ſuper Cathedram. 2. de ſep.* poſt interpoſitam à Prælatis hum Religioſorum habilium præſentationem, Epiſcopis renuentibus, ipſi Regulares ex tunc, obtentâ juriſdictione à S. ſede Apoſtolica, ſibi confitentibus impendere poſſint beneficium abſolutionis. Verùm quia hoc inde plurium querelarum occaſio fuit: ampliavit illud ipſum Benedictus XI. *trav. Inter cunctas 1. De privil.* ſine neceſſitate ſe præſentandi Epiſc. quam tamen reduxit celebris *Clem. Dudum. 2. de ſepu.* in Viennenſi Concilio edita, ſed non ſinè crebris Epiſcoporum, ac Regularium ad omnimodam libertatem inhiantium, imò & Pariſienſis ſcholæ cum Carmelitarum diſſidiis, non antè ſopitis, quàm Carmelitarum quidem privilegium Urbano Papa ad aſſenſum formæ Præſulis Diœceſani, teſte Oldrado *ſil. 230.* reſtrictum: univerſim autem

quibuslibet Regularibus Epiſcoporum authoritas & licentia per S. Concilium Trid. ad validam ſæcularium & Eccleſiaſticorum abſolutionem ſacramentalem, deſiderata fuit.

148. Nihil faciente in contrarium Regulâ: *licentiam debito modo petitam haberi pro impetrata, ſi ex pravo fine denegata fuerit, c. Licet, 18. X. de Regul.* & Conſtit. *Inſcrutabili*; utpote quæ ſolùm procedit, quando conditio pendet à voluntate implere volentis c. *cùm non ſtat. 66.* de R. I. *in 6.* neque requiritur de ſubſtantia actûs; ùt tamen ſit in caſu noſtro, dum conditio approbationis unicè pendet à voluntate Epiſcopi, ejusque adimpletio tam neceſſaria eſt, ut per modum formæ prærequiratur *cit. ſeſ.* 23. c. 15. quæ per æquipollens ſuppleri non poteſt arg. L. *Qui per ſalutem* 33. ff. *de jurejur.* junctâ B. Pii V. Conſtitutione, quæ incipit: *Romani Pontificis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN